

Peter Becker

**Rector Academiæ M. Petrus Becker/ Math. P. P. & ad D. Jac. V. D. Minister Ad
Exeqvias ... Virginis Dorotheae Ernestinae Klauenbergiae Cognatorum Nomine D.
XXVII. Februarij adornandas Proceres Academiæ, Civesqve reliqvos Omnia
Ordinum ... invitat : [Scr. Rostochii sub Sigillo Rectoratus D. 27. Februar. 1716.]**

Rostochii: Wepplingius, [ca. 1716]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766438120>

Druck Freier  Zugang



Becker, P.,

in D. E. Klauenberg.

R. 1716.

RECTOR ACADEMIAE
M. PETRUS Becker



P. & ad D. Jac. V. D. Minister

Ad Exequias

Newmij omniaq; virtutum apparatu
Coratissimæ VIRGINIS

DOROTHEÆ
ERNESTINÆ
KLAUENBERGIAE

Cognatorum Nomine

D. XXVII. Februarij adornandas

Proceres Academæ, Civesqve reliqvos Omnia Ordinum Honoratissimos amplissima cohonestandas frequentia officiose & peramanter invitantes.

R O S T O C H I I ,
Typis Joh. WEPPLINGI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.



Itæ nostræ rapidissime transeuntis fugacitatem non intelligimus rectius , nisi cum inevitabile mortis telum iactu conficit inopinato , quos vel ob virtutem longiore vita judicavimus dignos, vel ob firmorem corporis habitum diuturnioris capaces. Misera equi-

dem est vitæ præsentis conditio hoc quoque nomine judicanda , quod levissimo violentiæ adflatu semel iterumqve concussa , undiqvaque pavitet , facilime diffluat, citissime evanescat . Ceterum quamvis hoc norint mortales omnes; perpendunt tamen non omnes; & æqua ponderant lance admodum sane pauci. Natos nos esse ea lege, ut moriamur omnes, ecquis nostrum ignorat ? Legem vero istam suum ferire posse caput , & opinione quidem citius ferire, ecquis considerat ? Qui enim sibi vivere sese credunt mortales , mundanis impliciti voluptatibus, mortem esse sciunt satis ; adeisse sibi scire nolunt : horrent ; non meditantur : fugere existimant eam, quod ipsi eandem fugiant : cumqve experientia sint edocti , legem nullam exceptioni non substare, hinc nec moriendi legem fore aliam aut persuadent sibi, aut persuaderi sibi facile patiuntur . Stupenda est homuncionum istorum stultitia dicam , an securitas , qui in isthac vitæ præsentis lubricitate & inconstantia eam ineunt vivendi rationem , ut lethali tandem peplo se iri involutum , nescire videantur . Numquid forte isti homines ignorant, mua- to-

toties se videre , id est sepulchrum , quoties ~~enī~~ hoc
est corpus suum intuentur ? Numquid forte nesci-
unt , ~~zivon~~ seu nativitatem suam non esse aliud nisi
ēs ~~ziv~~ yū ~~ziv~~ seu dejectionem in terram ? ut elegan-
ter lusit nonnemo . Numquid ignari sunt , vi-
tam animalem halitu quovis leviorem , torrente
qvois rapidiorem ? Ut enim halitus evanescit , &
in auras abit visum fugientes ; ut torrens præter-
vehitur velocissime , nec redit semel præterlapsus :
sic vita transit hominum , qvos Hemerobios haud in-
juria dixeris , nomine certo qvondam volucrium
generi (ut memorant Physici) proprio qvod non
ultra diem vivit , eadem exspirans iterum luce ,
qva recens natum lucem vidi primam . Rectius
sapiunt qvi Domino se vivere intelligunt ; Do-
mino se mori credunt . Hi enim mortem & esse
sciunt , & adesse , suis adstantem foribus , percal-
lent ; qvam etiam è longinqvo qvasi salutant amice ;
ut imminentem sibi non experiantur inimicam ;
meditantur saepius venturam , ut non expavescant
venientem . Hinc & in dies fere singulos artem
discere satagunt moriendi , & bene qvidem mori-
endi , ut in ipso mortis articulo suavissimis exci-
piant amplectibus hospitem nec ingratum sibi , nec
improvisum . Hoc certe animo fuit , dum in vi-
vis fuit , EA , in cujus honorem hæc ipsa , medios
inter luctus domesticos , conscribimus , VIRGO
nobilissima , & præ aliis qvamplurimis commen-
datissima , qvam omni sc̄minearum virtutum de-
core nitescentem conspeximus ; ad beatissimas
nunc cœlorum sedes evocatam prædicamus , DO-

ROTREA ERNESTINA KLAUENBERGIA;
VIRGO, me judice, longiore utiqve ævo multas ob-
rationes digna, cujus qvidem natales celebres,
vitam honestissime coram DEO & hominibus a-
etiam, officia pietatis in proximum plurima, qvin
imo beatum ex hac miseriarum valle discessum.
Justis prosecuturi praconiis, non moramur Thucy-
dides, gravissimi coeteroqvin scriptoris, judicium,
existimantis: Virginum nullam publicitas celebrari
oportere, si vel maxime ipsa force virtus, aut praelaris
sibi facinoribus obstrinxisset Rempublicam, DELM pra-
terea coluisse, hominesque pietate atque officiis deme-
risset. Si quid enim forse dicendum foret de sequiori
hoc sexu, id omne privatis parietibus, quos transire hoc
in casu sit nefas, continendum & suis quasi claustris
obserandum. Non moramur inqnam erroneam
hanc, aut deliram rectius, sententiam dicti modo
Autoris. Quid enim qvæso impedit, quo minus
VIRGINEM virtutum radiis coruscantem, & mo-
rum pariter operumve honestate & gloria venu-
stam, in concione qvoqve celebrandam, dignis
proseqvamur laudibus? Et qvī qvæso in sexum
hunc, omnibus nobis vel ipsa stimulante natura,
exoptatissimum, ita potuit esse injurius Thucy-
dides? Non ergo deterreri nos patimur ab offi-
cio cum æqvo, tum honesto, ubi amplissimarum
laudum materiem nobis subministrat VIRGO &
pientissima, & virtutum plurimarum satellitio
stipata, qvin monumentum ad minimum charta-
ceum posteritati commendemus. Prodiit autem
in lucem hæc Nostra Anno supra millesimum sex-

O A

A

cen-

centesimum septuagesimo quinto; parentibus pro-
gnata ut præclarissimis & honestissimis, ita post
fata quoque beata non sine laudum encomio no-
minandis. *Patrem* venerata est Virum perquam
Reverendum, Clarissimum atque Doctissimum
Dn. HENRICUM KLAUENBERGIUM, Verbi
Divini Ministrum & Pastorem gravissimum atque
vigilantissimum in pago Sarpen qui ad Præfectu-
ram Rhenofeldensem Ducatus Holsato-Plönensis
refertur. *Matrem* vero Nobilissimam & ornatissi-
mam Matronam CHRISTINAM KORTHOL-
TIAM splendidissima & per orbem literarium satis
celebri KORTHOLTIORUM familia oriundam. Cu-
jus utriusque parentis, ad sedes nunc beatissimas
cœlitum evocatorum, memoriam pie semper co-
luit, sancteque habuit defuncta. *Avis paternus* fuit
Vir spectatissimus atque integerrimus JULIUS
KLAUENBERG, Civis atque mercator qvondam
Brunsvicensis primarius & peregrinus. *Avia*
paterna pietate & virtutibus laudatissima Fœmina
ELSABE KLAUENBERGIA, mariti
nomine huic nostræ commendatissima. *Avum* au-
tem maternum agnovit Virum peregrinum & ma-
xime spectabilem CHRISTIANUM KORTHOL-
TIUM civem primarium & mercatorem pruden-
tissimum in castello (auff der Burg) quod Flimbria
habet. *Avam* maternam laudavit Nobilissimam
& Ornatissimam fœminam DOROTHEAM PECH-
LINIAM. *Proavis paternus* extitit vir commercio-
rum usu celebris & laudatissimus HENRICUS
KLAUENBERG Civis atque mercator insignis

emporii celebratissimi Brunsvicensis, qui matrimonio sibi junxit (quam Proaviam paternam agnovit pie defuncta) laudatissimam fœminam DOROTHEAM KLAUENBERGIAM. Proavus autem maternus, nec non Proava materna ex Nobilissima atque Celerimia PECHLINIORUM prosapia facilime recenseri possent, si ex solo generis amplissimi splendore laudes pie defuncte nostræ VIRGINIS forent repetendæ. Ex his itaque majoribus, ex his Parentibus pietate non minus quam generis splendore nominisque celebritate admodum conspicuis, cum prodidisset KLAVENBERGIA nostra, religiosissimo Patre curante, sacro baptismatis fonte abluta, ut mystico Christi corpori vivum insereretur membrum, nomen retulit DOROTHEÆ ERNESTI NÆ; ex quo etiam tempore vix potuit carere mortuum sanctitate, virtutumque præstantia, quæ in ipsis supra laudatis parentibus fuerat probata. Sicut enim, dicente Pöeta, *generosa semina in ortus ex-jurgunt suos:* ita hæc ipsa optimorum parentum filia optima inter ipsa pietatis, modestiae, manvetudinis, aliarumque virtutum sexum, hunc exornantium, studia felicissime adolevit. Pietatis enim amore nihil antiquius, sanctimoniac studio nihil habuisse prius, vel inde colligimus haud dubii, quod religiosissimi parentes & corporis ejus & animæ curam agerent indefessam, ut non potuerint non in Eadem effulgere pulcherrimarum virtutum & momenta & exempla quam plurima. Hincartes quibus puellarum animi solent imbui non sine solertia arripuit, & quibus summi Numinis cultus, & amor in proximum contine-

continetur, improba sedulitate est complexa, ut optimorum Parentum spem æquaret, exspectationem adimpleret. Fulvia, Romanarum Matronarum exemplar, lapidem Porphyriten habuisse fertur, cui Virginem insculpsit super testudine stantem, ab utroque latere serpentes habentem, dextra manu pomum stellatum gestantem, laeva corniculam pellentem, crescente insuper ex capite palma. Symbolum hoc Virginis voluit esse. Stat enim in testudine admonita hoc ipso: Virgini convenire, graviter & tarde moveri. Serpentes à latere significant: Sapientem decere esse ubique & circumspetam. Pomum stellarum innuit: ut cœlum habeat in oculis inter ipsa manuum opera, & virtutibus velut stellis vitam exornet suam. Corniculam petuit, ut nec garrula sit nec litigiosa. Palma tandem crevit ex capite ut sciat, pravas vincere cogitationes & voluptatum illecebras. Hoc ipsum Virginitatis sive speculum sive Symbolum ante oculos sibi posuisse crederes KLAUENBERGIAM nostram, ita graviter ubique & comiter, caste & caute incessit semper. Et ut fidem faciam Lectori communicabo, quod transmiserunt, qui testes esse poterunt non dubii, vitæ curriculum; ita vero habet illud: Parentes ipsius, postquam filia sacro baptismatis foederi inserta est, nihil quidquam omiserunt, qvod vel ad instillandas Christianismi nostri doctrinas, quas animo suo tenacissime infixas non retinuit tantum postea, sed & mirifice quotidie auxit, vel rei economicæ, foemineo sexui propriæ, curam qvomodo cumque spectare videbarur. His vero tam fidis præceptoribus per præmaturam mortem Nostræ sublatis, à Serenissima Holsatia Ducissa Plönensi in gynæcum recepta est, ubi reliquias mulieres

ores artes atque scientias brevi tempore ita comprehendit, ut
easdem non didicisse, sed deyorasse penitus videretur. Unde
factum est, ut, quocunq; de num postea sese conferre neces-
sum habebat, omnibus extiterit pergrata admodum atque accepta
triste sui desiderium post obitum quoque relinqens. In Summi
quondam Kiloniensium Theologi D. CHRISTIANI KORT-
HOLTI, Cognati sui, ædibus per aliquot annos versata, favo-
rem & benevolentiam hic sibi ab omnibus exhibitam maximis
semper laudibus evehere consuevit. Dehinc per XII. & amplius
annos Generosissimi Domini SITTMANNI, Vogtshagensium
in Ducatu nostro Mecklenburgico hereditarii, familiam ampli-
simam tanta cum prudentia, fide & industria rexit, ut cum ob-
minus tutam corporis valetudinem eidem sese diutius praesse non
posse crederet, nonnisi ægerrime dimitteretur. Tum deum,
postquam per aliquod temporis spatium in Holstiam ad sororem
suam superstitem unicam suayissimamque, omnibus sexus sui or-
namentis instructam fæminam, AGNESAM HEDEWIGEM
KLAUENBERGIAM, plurimum reverendi & præclarissimi viri,
PHILIPPI LUNDII, Ulderupensis ecclesiæ pastoris optime me-
riti uxorem, quæ sororis sui amantissimæ obitum acerbis nunc
lacrymis deplorat, divertiset, in ædes Consumentissimi Rosto-
chiensium Theologi, cuius illustre per orbem literatum est no-
men. D. JOANNIS FECHTII concessit, ubi, quomodo
sese gesserit, seqvens ipsius testimonium fusius declarat:
*Laudo ante cetera omnia incomparabile pietatis & fideli-
tatis studium. DEum in omnibus actionibus suis perpetuo
& unice ante oculos habuit & ne quidem in vestitu alia-
rum fæminarum more quidquam unquam commisit, quod
vel suspicionem levitatis cuiusdam muliebris, huic sexui
alias fere consuetæ, prederet. Non vidi ullam unquam
levioris animi notam. Loca, que natura & Christiana
modestia abdita esse voluit, quaque non paucæ cupidissi-
me ostentant, perstinacissime occultavit. Pietati tam stre*

nnano

nuam dedit operam ; ut simile quid in ulla famina video
sim nunquam. Qvicquid loquebatur, quicquid agebat ;
summam seriamque pietatem spirabat. De templo diebus
Dominicis festisque redux qvicquid à concionatore audi-
verat, prandio cœnæque admodum memoria recitabat, sumo
ma & inestimabili mea cum delectatione , repetitis etiam
iisdem , quibus oratores usi fuerunt , verbis. Qua res
miraculi mihi loco frequenter fuit. Fidem vero in guber-
nanda familia tam sanctam , tam inviolatam praesertim
ut ne quidem semel facere mihi quicquam videretur
quod vel suspicionem vel malitia , vel fraudis , mihi praæ-
beret. Qvicquid agebat ad familie salutem , non ad
proprium commodum unquam respiciebat. Qua in re in-
estimabili mihi videbatur. Cum de cetero fæmineo se-
xui proprii commodi amor non raro videtur esse inna-
tus. Non mentior quicquam. Te Deum testem dictorum
meorum imploro. Non credideram antea , infamiam tam
fidelem constantemque animum cadere posse. Unde &
morbus ipsius & insecuta postea mors intolerabilis mihi
videbatur. Nan possunt numerari lacryma mea , in hoc
casu effusa. Non loqvor quicquam ex affectu , sed ex totæ
animi meis extertia , ut Deus novit. Merito itaque ap-
pello hanc virginem ob pietatem fidemque incomparabilem.
Quod ad extrema beatæ nostræ spectat , corporis illa constituti-
one per complures retro annos infirma admodum & debili usq;
est , gravissimis subinde morborum insultibus tentata & tantum
non oppressa. Qvos tamen , utpote à Deo sibi immisso ,
constantí semper fortique , ut Christianam decet , animo pertulit,
ne ullo quidem impatientiae vel signo unquam edito. Præteri-
ti vero mensis die XIII. lecto affixa , morbum indies majora in-
crementa capere & vires paulatim deficere animadvertisens , preci-
bus

elbus apud DEUM, Servatorem suum, calidas instare cœpt
pieniſſima virgo, totamque ſe ad aeternam componens, cariſſi-
mum ſibi Virum, animæque curatorem, primarium apud nos
& venerabilem Ministerii nostri Antiftitem, HENRICUM BE-
CKERUM, protinus ad ſe vocari petiit, e cuius qvoque mani-
bus ſacratissimum epulum, nobilissimum celeſtis itineris veſti-
culum ſumma cum devotione & animi gaudio accepit. Qvibus
adeo sancte peractis, eti post diem unum alterumque ſolutio-
loqvelæ uſus vi morbi interciperetur, miſis tamen ad creatorem
ſuum cerebrimis ſuſpiriis, inter preces lacrymasque adſtantium,
Viduæ cum primis LINDEMANNIÆ, natæ KORTHOLTIAE,
rari & inæstimabilis exempli fæminæ, Cognata ſuꝝ, die XXI.
dicti mensis poſt pomeridianam quartam pie placideque exſpira-
vit, poſtqvam XL fere annos vivendo conſecifſet. Morbi, qvo
denata noſtra eſt, historiam vir prænobilissimus, D. JOHAN-
NES EUDOVICUS SCHAPERUS. cujus incredibilem hu-
manitatem, industriaſ & in propellendis infirmitatibus ſuis
Inſigni plerumque cum ſuccesſu curam mirifice & ex merito
ſemper depraedicavit defuncta, ita delineat.

Morbus, quo B. N. multos per annos miſerrime exercuti
abatur, pertinax erat menſum ſuppreſſio cum Cachexia
compliata, quam tandem velut individui bujus mali
comites, laſitudines totius corporis, Cephalalgia, ten-
ſivi lumborum dolores, tumores pedum Oedematoſi, &
in iis ſpasmodica contractiones cum dyspnœa inſequeban-
tur. Et cum tam malignis moleſtisque ſymptomatisbus
B. N. hactenus delaffata, remedia ad deſtruendum hunc
morbum viresque recuperandas convenientia maxima cum
ſollicitudine quereret, mea tandem illa compellavit & ex-
petiit conſilia Medica, justis ipsius deſideriis bono cum
DEO prefutura. Gratificatus, debito ex officio, amico
eiusdem petito, ea mente as industria in morbosum Egra-
ſtatum

zud

statum insitum, ut in veteratum horce malum primo quidem habebarem, tandem etiam vim ejus sensim sensimque penitus infringerem. Adhibui eum in finem Medicamenta istiusmodi in morbi genere specifica, usque exhibitis non alium nisi exoptatum ac felicem adeo sensi effectum, ut in solamen Agra präsentissimum omnia symptomata, quorum conurus vires non parum consumserat, à rigore hic prospero cum successu plane remitterent. Veruntamen vacillante denuo sanitatis ulterioris firmioresque progressus bonam illam, quā hactenus alebatur Agra, spem atque fiduciam prorsus dejiciebat, haud leviter metuens, ne res erudescente malo obstinato symptomata insimul miseranda ingravescerent, & redundantibus exinde malis aliis, usque perniciosis viam operarent facillimam. Nec imprudentis, licet sinistro minusque exoptato omnino B. N., subsequens isthae adversa praesagiebat, Phtisi quippe lenio cura gradu incidente, statumque B. N. indices reddente detinorem & quidem adeo, ut nulla medicamentorum efficacia morbus hic instantissimus posset exturbari. Quo factum est tandem, accedente insuper graviori febre, quam comitabatur Cephalalgia insignis, ut viribus magis magisque languescentibus, prorsusque ultimo tempore deficientibus, B. N. die XXI. Jan. placide in Domino obdormisceret, in propinquorum ipsis nobilissimorum gravissimum luctum, quos omnes & singulos DEUS T. O. M. gratiosissime consoletur.

Habetis hic Cives Honoratissimi feliori aliorum calamo delineata, quae ad vitæ ingressum progressum & exitum KLAUENBERGIAE nostræ pertinere videntur. Gratulamur Beatae de superatis

nunc omnibus hujus seculi molestiis, & collatis si-
bi alterius seculi gaudiis nunquam desinen-
tibus. Ceterum qvandoqvidem exanimati cor-
poris exuviae honorifico hodie funere sint efferen-
dæ; multæ sunt gravesqve causæ O. C. cur com-
mendatissimæ qvondam VIRGINIS frequentes ea-
tis exequias. Requirit id ipsum debita in sexum
hunc amabilem reverentia; Desiderat pietas in-
advenam, sancte inter nos ad ultimum usque vitæ
terminum commorantem; efflagitat ornatissima
VIDUA LINDEMANNIA, cognata nostræ hujus
loci unica, suo & reliquorum cognatorum nomine;
Postulat, & omni quidem jure postulat, amor, ho-
nor, cultus, qvem Venerando Universitatis totius
Seniori, Magno inqvam FECHTIO, communio-
nnium nostrum in Christo Patri nemo Civium A-
cademicorum non debere se fatebitur.. Facitote
itaque O. C. ut, justo pietatis & humanitatis offi-
cio non defuturi, ad cohonestandas has
exeqviæ freqventiores confluatis

*Scr. Rostochii sub Sigillo Rectoratus
D. 27. Februar. 1716.*

Conventus erit in Æde Jacobo sacrata
hora pomerid. prima.





Itæ nostræ

sime transeuntis
non intelligimus
cum inevitabile
jaclu conficit ino
vel ob virtutem
judicavimus digni
miorem corporis
turnioris capaces

dem est vitæ præsentis conditio hoc quæ
judicanda , quod levissimo violentiæ
iterumqve concussa , undiqvaque pav
diffluat, citissime evanescat : Cete
hoc norint mortales omnes; perpendu
omnes; & æqva ponderant lance admod
ci. Natos nos esse ea lege , ut mori
ecquis nostrum ignorat ? Legem ve
ferire posse caput , & opinione quidem
ecquis considerat ? Qui enim sibi vi
dunt mortales , mundanis impliciti
mortem esse sciunt satis ; adesse sibi s
horrent ; non meditantur : fugere exi
quod ipsi eandem fugiant : cumqve ex
edocti , legem nullam exceptioni non
nec moriendi legem fore aliam aut pe
aut persyaderi sibi facile patiuntur .
homuncionum istorum stultitia dica
ritas , qui in isthac vitæ præsentis lubr
constantia eam ineunt vivendi ration
li tandem peplo se iri involutum , ne
tour .. Numquid forte isti homines . i



Copyright 4/1999 YxxMaster GmbH www.yxxmaster.com

VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset



toties se videre , id est sepulchrum , quoties τῦμα hoc
est corpus suum intuentur ? Numquid forte nesci-
unt , γένεσιν seu nativitatem suam non esse aliud nisi
ēs τούτη γένεσιν seu dejectionem in terram ? ut elegan-
ter lusit nonnemo . Numquid ignari sunt , vi-
tam animalem halitu quovis leviorem , torrente
qvovis rapidiore . Ut enim halitus evanescit , &
in auras abit vi-
xientes ; ut torrens præter-
vehitur velo-
redit semel præterlapsus :
sic vita tra-
vivit vos Hemerobios haud in-
juria di-
gondam volucrum
gene-
ut proprio qvod non
iterum luce,
m. Rectius
sunt ; Do-
m & esse
s, percal-
lant amice ;
ut inimicam ;
ut non expavescant
s fere singulos artem
d, & bene qvidem mori-
enda.
articulo suavissimis exci-
piant . Item nec ingratum sibi , nec
improvi-
sc certe animo fuit , dum in vi-
vis fuit , Et cujus honorem hæc ipsa , medios
inter Iuctus domesticos , conscribimus , VIRGO
nobilissima , & præ aliis qvamplurimis commen-
datissima , qvam omni fœminearum virtutum de-
core nitescentem conspeximus ; ad beatissimas
nunc cœlorum sedes evocatam prædicamus , DO-

